



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis qui salutem non à saluatore, sed ab eius creatura requirunt. xli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Quod incantationes & magicæ artes laquei diaboli sint. Cap. XL.

Admonent sacerdotes fideles populos, & nouerint *Ex dictis* *magicas artes, incantationesque quibuslibet infirmi-* *August.* *tatibus hominum nihil posse remedij cōferre, non anima-* *libus lāquentibus claudicantibusve, vel etiam moribundis* *quicquam mederi, sed hæc esse lāqueos & infidias antiqui* *hostis, quibus ille perfidus genus humanū decipere nititur.* *Et si quis hæc exercuerit, clericus degradetur, laicus anathe-* *matizetur.*

De illis qui salutem non à Salvatore, sed ab eius crea- *tura requirunt* Cap. XLI.

Omnis sapientia à domino Deo est, & apud illum fuit *August.* *semper, & est ante æuum. Arenam maris, & pluuiæ* *guttas, & dies seculi quis dinumerabit? Altitudinem cœli, &* *latitudinem terræ, & profundum abyssi quis mensus est?* *Sapientiam Dei præcedentem omnia, quis inuestigabit?* *Prior omnium creata est sapientia, & intellectus prudetiae* *ab ævo. Fons sapientie verbum Dei in excelis, & ingressus* *illius mandata æterna. Qui enim sine salvatore salutē vult* *habere, & sine vera sapientia æstimat prudentem se fieri* *posse non sanus sed æger, non prudens sed stultus, in agricultu-* *re absida laborabit, & in cæcitate noxia stultus, & de-* *mens permanebit. Ac proinde omnis inquisitio, & omnis* *curatio quæ à diuinis & magis, vel ab ipsis demoniis in ido-* *lorum cultura expetitur, mors potius dicenda est, quam* *vita. Et qui ea seellantur, si se non correxerint, ad æternam* *perditionem tendunt. Psalmista dicente: Omnes dij gen-* *tium sunt dæmonia. Qui per deceptos homines alios deci-* *pere quotidie gestiunt, ut perditionis suæ faciant eos esse* *participes. Itaque hæc vanitas magicarum artium, ex tra-* *ditione angelorum malorum, in toto terrarum orbe pluri-* *mis seculis valuit per quandam scientiam futurorum & in-* *fornorum, & per inuentiones eorum inuēta sunt aruspicia,* *augurationes & ipsa quæ dicantur oracula, & Nicromatiæ.*

De eadem re. Cap. XLII.

Nec mirum de magorum præstigiis, quorum in tautum *Ex dictis* *prodierunt maleficiorum artes, ut etiam Mosis simillimus eiusdem.* *signis resisterent, vertentes virgas in dracones, aquas in* *sanguinem, cum fertur etiam in gentiliū libris, quod quæ-*

in libr. de
cuitate
Dei.